

est si in malatione
exulta auctor sic
coram sibi in do-
cere multudine cor-
re locis et regionis
civis omni coram et omni
etiam localiter hinc
ubique sibi corpore
oculi est excellen-
tia vestra exulta
in eo atque dampna
pro libera anima sona
locus coram eis solle-
tus loco/ cum ergo omnia
et locum non sine coram
coramque retedum
animaret ab his mos
meus pacis anima se
digerit et inde coram
eo. xii. lib. de nuptiis
de hoc coram exhorto
nem puto spiritualiter
et subdit quod
locorum penitentia cum
uidet nobis uidere
fuerit. et despiciat
sic se hinc ipsum u
bi filius coram ei ex
anteriori coram eis
dimicuit qui si loc
m in aug. meos li
1 sepe deuinitus
probavit et iacuit ales
ruu et infantes pe-
ripis gerens suis
ferri et calia suu
de arias ecce coram
coram hibridorum per
e ambulare ut scire
volatilis sit quod sine
sit/ et subdit quod pri-
mogenitus gerens anima
at est esse si coram
et adorans ueritatem

Et nunc tu uoluimus hunc eum ducimur et quod capi-
tis mala sibi filii de lapidis ut m. deas in eis
et puerum et agnacum poterit se atra hinc filii
cor. sic etiam multo magis poterit ad ipsos spectare
peccati hinc passus et positione sua peccati
et mala que sic est affecta corpori et coribus rebus
ut qui se coram conuicatur per deilio diuine
qui portatus infinitum dicebat quod per aliam ha-
sin et lazari in monte extremum digestum in
aqua et refrigerare ligua eius quod erat at
illa plena / ostendit autem diuinem illam posca-
tum fulse infinito fin etiam ut fin cor / et cum
sic loquitur ac si haec ligua que est res corporis
et puerorum patitur poterat aqua quod enim res cor
est / quod anima diuina uidetur sibi ligata hinc idem
dungit poterat quod ita erat allata et affecta ad
res coram ut recte sibi hinc coram organa tha-
be ligata / si ergo anima diuina dicebat hinc ligata
hinc non poterat quod illa est cor / poterat enim esse filii do-
ct. / q. hebet enim illa anima aperte filii coram hinc tale
deinde affecta ita loquens ac si hinc coram hinc ligata
est / si ligata dicit illi non poterat cor quod est filii de
patre vnde ut uidetur Anna illa inquit cruciabatur
non erat coram sibi Anna illa erat filii de ignis
infiniti ut loca infinita / sibi est uidetur quod infinitus
in infinitis locis non habet cor / sibi de coram quod est
ibi existens non ueras / ueras pacientur sibi non est
penitus / huic enim oculi sunt unius et in se
nisi ubi non habet cor / sibi sicut coram iussiones fi-
uit / atque ueras penas et uera gaudia soror
/ et quod multo quis sopinans dolz se asopno uig-
lasse eo quod erat in gaudio / multo quis asop-
no uigilans timet ruinam abdormire ne des-
miciens Christus impensis existat / hinc et Aug. ait
lib. eccl. d. quod quidam si sit coram sibi sicut cor
quibus ait exute ac coram affixa ut sicut carni
tua lenitas et uia molestia / sicut per insopinat in
quibus multum inter uerum uilenus am Cristibz sim
et subdit quod quidam insopinat inter quas occupa-
uerat asticuit se euigilasse dolitatem / et Christus
quidam insopinat granulz tristibus atque amara-
ribz exagitata atque uixit cum expeditus
dormire nimirum ne adeas mala reuocar-
aretur / sicut ergo insopinat uer quis nimirum cum

ooPw



Ug. 79, 2

14

THEORIA INAUGURALIS,
De
SALUBERRIMO

L. 2. C. de rescind. vendit.

hoc maximè seculo controverso,
remedio,

nonnulla Theorematum
continens

Quæ

Divino piè implorato subsidio

Auctoritate & Decreto Magnifici JCtorum ordinis in
alma Salana

P R A E S I D E

Celeberrimo & Amplissimo JCto

Dn. D. DOMINICO ARUMÆO

P. P. Facultatis Juridicæ SENIORE, Curiæ Pro-
vincialis ac Scabinatus ADSESSORE, Præceptore,
fautoreque suo effictim
colendo,

*Pro consequendis in utroque jure insignibus & pri-
vilegiis Doctoralibus,*

Publicæ disquisitioni subjicit

MATTHIAS HEIN fundationis Bla-
sianæ Brunsvigæ CANONICUS,
ad diem 20. Augosti.

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,
Anno M DC XXIV.

THEORIA INGENIARIAE

DE

OMNIBUS LIBRARIA

ET C. Q. TECNOLOGIA ET

POCULACIONIBUS CONVOCATORIIS

LEONARDI

DE

CONVENTU

DE

DISCUSSIONIBUS ET PROBLEMATIBUS

IN

DISCUSSIONIBUS ET PROBLEMATIBUS

IN

D. G. DOMINI GO ARMINIO

ET C. Q. TECNOLOGIA ET

POCULACIONIBUS CONVOCATORIIS

LEONARDI DE CONVENTU

DISCUSSIONIBUS ET PROBLEMATIBUS

IN DISCUSSIONIBUS ET PROBLEMATIBUS



Enodatio

L. 2. C. de rescind. vendit.

Alternanti mihi, quid im-
præsentiarum publicæ ventila-
tioni magis apposítè subjici
queat, materia difficultis & quo-
tidiana, de rescindenda vendi-
tione, potior visa est: Tùm quod ea, quæ quo-
tidiana sunt, plenius attingenda, ut JCtus
Paulus lib. X. Quæstionum monet: Tùm
quod seculum hoc, nullo unquam tempore
eius indagationem utiliorem fuisse, liquidò
demonstret. In delirâ enim & effœtâ hac
mundi senectâ, vitia certa, quæ mores voca-
bantur, non in veniam modò venerunt, sed in
laudem increbuerunt: inter quæ peculatus
crimen haut postremum. Nam monetæ ad-
ulteratores, quos meritò fures Reip. appella-
mus, rem privatam & publicam, furtis suis
clàm & palàm admissis, ad illas angustias ade-
gerant, ut nihil certi ageretur, imò contrahen-
tes sæpè, etiam ignorantes, contractus jure Ve-
titos inirent: Ut cum Seneca in Octov. ingemi-
nare fas fuerit; Heu?

quam seculo premimur gravi, quo sceleraregnant?

A 2

Hinc

Hinchodie, Altissimi gratiâ, monetâ pristinæ integritati restitutâ, querelæ quamplurimæ existunt, & actionibus monetariis omnia ferè judiciorum subsellia perstrepunt: damnoq;, ob corruptam monetam perpresso, resarcendo, rescissiones, & alia juris remedia toto die adhibentur.

Operæ itaq; precium me facturum duxi, si hanc theoriam sub disputationis incudem, sine affectu, revocem: Quemadmodum enim oculus, in quem humor illapsus est, parum clare videt: sic mens, in quam affectus: Teste Lipsio, Epist. 6. cent. sing. ad Ital. e Hisp. Ut igitur Διωάγει θεοπατηή τὴν Δικαιοπηῆ ple- rosque casus præsentis hujus materiæ, & qui- dem ad nobilissimam ac utilissimam. l. 2. de re- scind. vendit. spectantis, eò expeditius proba- re & discernere valeamus, sine ulteriori mora, quò veritas illustrior evadat, nosq; in ejusdem semita magis magisq; confirmemur, eam la- conicâ quadam brevitate (legis hujus sensu priùs delibato) in sequentia theorematâ dil- pescemus.

Casus hujus legis talis fingi potest: Lu- pus quispiam, ipse, vel etiam pater ipsius fun- dum quendam Seio 80. aureis vendidit: qui
be-

bene 200. aureos valuit. Lups ultra dimidium iusti precii circumventus, fundum revocare voluit. Denegavit Seius. Unde Lups Impp. Diocletiano & Maximiano preces obtulit & quæsivit: An venditor, ultra dimidium iusti precii circumscriptus, rem venditam repetere possit. Imperatores pro Lupo venditore contra Seium emtorem rescribunt: Humanum esse, venditorem restituto precio fundum autoritate iudicis recipere, vel si emperor iustum premium supplere malit, accipere id, quod iusto precio deest. d. l. 2. de rescind.
vend.

Rem totam quinque distichis eleganter complectitur Steph. Forcat. dialog. 100.

Æquarent fulvos Titii cum prædia nummos
Ter quinque, is septem vendidit aureolis.
Contractum Titii rescindere destinat heres
Ob vilem summam: quæro quid emperor aget?
Eligat alterutrum: vel prædia reddat agenti,
Suscipiens nummos judicis arbitrio:
Empta vel observet justum supplendo valorem;
Indemnis tali fiet uterque modo.
Nam lassus nimium, qui vendidit, esse videtur,
Ni justi acceperit dimidium precii.

A 3 THEO-

THEOREMA I.

An propter læsionem contractus
b. f. sit rescindendus.

Sanè in contractu emtionis venditionis (de quo solo lex nostra loquitur, & qui citra dubium bonæ fidei contractus est) remedium hujus legis locum habere, ex ipso ejusdem textu satis constat. Cui tamen non parum contrariari videtur, quod naturaliter, liceat contrahentibus se invicem decipere, *l. in causa 16. §. pen. ff. de minor.* vel rem, quæ minoris est, pluris vendere, aut quæ pluris est, minoris emere. *l. item si precio. 22. in fin. ff. Locati.* Cum natura, omniumque rerum magistra Experientia doceat, propter innata hominum vitia nimis exactam in cōmerciis æ qualitatis observationem, plurima & maxima incommoda secum afferre, speque quæstus sublatâ mercatum & commercia languere, imò planè enervari ac quiescere. Quis enim, si per summam scrupulositatem Mathematica illa precii æ qualitas foret observanda, contractum hunc vel illum (sine quibus tamen societas humana persistere nequit) inibit? Quamvis ceteratim hīc insurgant Theologi & Philosophi acutissimè contendentes, sacris literis, justitiæ, & humanitati, hæc diametraliter esse contraria. Justitiæ enim maximè esse, conservare æ qualitatem, quæ secundum Thomam *4. Sentent. dist. 46. q. 1. art. 1.* alia quantitatis, alia proportionis: quarum hæc in præmiis & pœnis, illa in commutativa justitia attendatur. Quibus etiam ad-

ad stipulantur I^ctorum quorundam, quodammodo
tamen differentes sententiae, qui inter alia, partim re-
gulam illam Civilem & Canonicam, quae statuit, deci-
pientibus non esse subveniendum, amplectuntur. l.2.
ff. ad Sc. Velleian. c. cum universorum de rer. permis. par-
tim dictam l.10. in foro soli, at non in foro consciencie
vel poli, admittunt, de quibus latè & eleganter vi-
de differentem Dn. D. Arumæum disp. 1. add. l.2. th.5.
§ 6.

Veruntamen ne jus, quod est ars boni & æqui, in-
tantum sui oblitum esse putetur, ut dolo vel fraudi
patrocinari velit, sciendum est, quod talis deceptio
vel circumventio permissa censeatur, quæ reipsa &
incuria citra fraudulentum contrahentium consilium
contingit, si tamen tolerabilis, nec in infinitum exten-
datur, sed ad illam quantitatem, cuius summa exten-
sio, velut litus & a^{κμη} hoc rescripto definita est. Nec
circumscrip^tio hæc dolus est, sed prudentia potius &
industria quædam tantum Oeconomica, studiumque
aliquod rei familiaris augendæ. Hic enim omnium
est animus, vili emere, carè vendere, ut Mimus dice-
bat.

THEOREMA II.

An Emotori beneficium hujus le-
gis competat.

Infiantes & asserentes hæc quæstio viros habet
utrinque magni nominis. Negativam defendit Cuja-
cius lib. 16. obs. 18. & lib. 23. obs. 32. quem secutus Anton.
Fab. in error. pragmat. decad. 8. error. 7. hoc imprimis
fun-

fundamento quod non eadem sit ratio subveniendi emtori, quæ venditori: Propterea quod venditorem plerumque sæva & scæva necessitas rei familiaris compellat vendere precio minore. l. 2. l. non idcirco. 12. l. si quos. 16. C. de rescind. vend. l. i. C. de præd. dec. l. 2. C. sine cens. vel reliq. Emotor verò ultrò accedat ad emtionem prædii, sæpè fraudandi causa, & plerumque emat precio impenso & immodico, affectione opportunitatis, vel vicinitatis, vel cœli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti sint: ut l. i. §. sed sitem. ff. si quid in fraud. patron. Vel quod majorum ejus fuerit: ut in l. si emtione 34. ff. de contrah. emt. Quibus casibus sive prudenter sive stultè faciat, quia tamen sponte facit, nihil causæ sit, cur ei subveniatur.

Contrariam autem & communem opinionem ob sequentes rationes amplectimur.

1. In quibus causis eadem est ratio, in his idem jus est constituendum, si modò beneficium non personæ: sed causæ sit concessum, l. illud 32. ff. ad l. Aquil. Et l. in omnibus causis id observatur. 68. ff. de R. I. At in emtore eadem est ratio, quæ in venditore. Quia etiam emtor sæpe Diomedeâ quadam necessitate rerumque indigentia & egestate coactus, carius & pluris, quam oportuit, res alterius emit. Quinimò cum suggestente humanitate læsis subveniendum. d. l.

2. Emtori potius humanitas debetur ac Venditori; Hic enim circumventus sibi imputabit, si levi prelio res suas distraxit: cum præsumatur valoris rei suæ habere notitiam. l. quisquis. C. de rescind. vend. inque rebus propriis intolerabilis sit error: l. plus rimum. ff. de jur. Et fact. ignor. Emtoris verò ignorantia

ria utpote in factis rebusque alienis in merito excusetur.
I. ult. ff. pro suo. Nec beneficium hoc personæ sed cau-
sæ, quippe læsioni est tributum. Non enim vendi-
tori competit quia venditor, sed quia in vendendo
læsus est, ut notat *Donell. in d.l. 2. num. 17.*

2. Expeditum & certum est, quod emtor &
venditor sint correlata, sibiq; correlativè opponantur.
At correlatorum hæc est natura, ut non tantum se mu-
tuò, tam in essendo quam cognoscendo, ponant & tol-
lant, verum etiam ut quod juris statuitur in uno,
idem quoque statuatur in altero.

THEOREMA II.

Quodnam hoc loco justum pretium
dicatur.

Justum cujusque rei pretium non ex cuiuslibet
affectione, aut sumptu constat, *I. precia rerum. ff. ad l.*
Falcid. Sed ex communi hominum æstimatione
perpenditur; *gloss. singul. in l. mortis causa capimus ff. de*
donat. mort. caus. Itaque tantum valet res, quantum
absq; fraude & injuria vendi communiter potest ho-
mini scienti ejus conditionem. *Francisc. Connarus*
contra statuit, justum premium pro dimidio veri pre-
cii accipiendum esse: ut si emtor supplere velit ven-
ditori, quod deest dimidio precio, illi satisfiat. Move-
tur primò hac ratione, quod justum ut plurimum
significet idem, quod legitimum, veluti cum nuptiæ
dicuntur justæ. *pr. I. de nupt.* Pactum dicitur justum
in l. in epistola S. I. ff. de pact. Item justa hereditas. *I. 3. §.*

B

p. 27.

pen. ff. pro socio. Legitimum autem precium h̄ic non aliud, quād dimidium veri precii intelligi posse, quia dimidio veri precii soluto, emtio jure consistat, nec rescindi possit, d. l. 2. & l. si voluntate. C. de rescind. vendit.

Altera ipsius ratio h̄ec est: si emtor ab initio emtionis dimidium veri precii solvat, non rescinditur venditio. Ergo etiam, si contractā emtione dimidium offerat, non rescindetur; quia non debeat contractā emtione deterioris conditionis esse.

Verū ad primam respondeo, quod in usu iuris justum precium sit, quanti res valet. l. si fundus 10. §. ult. ff. de pign. l. si res. 12. §. 1. ff. de jure dot. Quare ab hac genuina significatione non recedendum l. Non aliter. ff. de legat. 3. Licet igitur alias justum idem significet quod legitimum; h̄ic tamen non idem denotat, sed verum precium.

Ad alteram; Quod alia ratio sit emtoris initio contractus & alia emtione contractā. Nam initio venditori nihil debet, & ideo jure suo potuit rem emere, quanti voluit, etiam multò minoris vero precio, dummodo non infra dimidium veri precii. At contractā emtione Venditori debet rei restitutionem, nisi velit emere, vel emtam retinere conditionibus venditoris justis. Quare non idem tribuendum emtori inchoato contractu, quod finito. Nec absolum, quod initio justum fuit, circumstantiis temporum mutatis injustum fieri.

Quamvis autem h̄ec in aprico locata sint, ut minus (adeoque injustum) precium esse videatur, si nec dimidia veri precii pars soluta sit. d. l. 2. non tamen.

in-

inveniuntur nulli, qui, licet in venditore id assequantur & concedant, in emtore tamen scrupulum sibi aliisque injicientes, id minimè admittunt. Inter quos Bart. Bald. Panormit. Imola & alii, qui communiter asserunt: Emtorem tum immodicè læsum esse, si pro re digna 10. Joachimicis 15. dedit: Vel pro re 20. aureis digna, 30. solvit. Et licet hæc opinio æquior videatur, ut quæ circumveniendi licentiam arctius inhibet, ne sc. læsio trientem egrediatur; tamen Duarenz Donelli & aliorum mens nostræ legi, in qua dimidias pars justi precii, non potest tertiam partem significare, ut scilicet tum demum emtorem enormiter læsum esse existimandum sit, si pro re, dignâ aureis decem, plus quam viginti, & pro 20. aureis dignâ, plus quam 40. præsttit. Scopus enim veræ computationis in utraq; est, si quilibet non accipit dimidium ejus quod dedit, teste Pinello ad d.l.2.p.1.c.2.n.7. Et ita, secundum Hotomannum, fraudatio supra dimidium veri precii tum demum rectè dicetur, cum aut pecunia rei dimidium, aut res dimidium pecuniae non exæquat. Nec requiritur, ut excessus ultra dimidium sit magnus, cum lex nostra modico excessu, dummodo sit ultra dimidium, contenta sit; quod exemplo naturali in ponderibus patet, in qnibus vel modicum prægravat atque inclinat bilancem. Nec adjectio PLURIS in l. nostra infinitam pecuniam continet, sed modicam duntaxat. l.192. ff. de V.S. Neque hic obstat l.54. ff. de contrab.emt. Ubi Paulus ait, Res bonâ fide emta propter minimam causam inemta fieri non debet: cum lex illa non loquatur de læsione ultra dimidium.

B 2 THEO-



THEOREMA IV.

An hæc lex etiam in re mobili lo-
cum habeat.

Cum fundi in lege nostra nominatim & expre-
sa mentio fiat, immobilibus rebus hoc beneficium
competere nullum est dubium. An autem ad rei
mobilis venditionem hoc porrigendum sit, in am-
biguo est.

Negativam defendit *Cujacius lib. 16. observ. cap. 18.* contendens, ad res mobiles produci non posse, ni-
si forsitan res sint valde preciosæ, his fundamentis mo-
tus.

1. Quia leges de rescissione venditionis agen-
tes fundi, veluti rei immobilis, meminerunt. *l.2 l.4.
l.8.l.15.C.b.t.* Si ergo æquè ad res mobiles pertinet,
quid rerum immobilium in specie mentionem fieri,
juvat?

2. Res mobiles viles sunt & abjectæ. *l. si rem
mobilem. Et ibi Gloss ff. de acquir. possess* quarum ut &
aliarum rerum quæ haut magni momenti sunt, cura
non habetur, imprimis si de contractibus retractandis
quæstio est. *l.4 ff. de rest. in integr l 54. ff. de contrahend.
emt. l.10. cum sequentibus. ff. de dolo mala.*

Sed prolatæ hæ rationes nullius hili vel pili sunt.
Si enim causa indagatur, ob quam de solo fundo re-
scribunt Impp. Respondeo cum Roberto, exempli
tantum gratia id factum fuisse. Deinde quod facti
species, cui sese respondendo accommodant Impera-
tores de fundo fuerit concepta, haut dubiè idem re-
ponsuri, si de re mobili consulti fuissent. Tertio, si
tan-

tantum de fundo, cuius hic fit mentio, rescriptum intelligitur, ad alias res immobiles similes extendi non potest: quod tamen absurdum. Quartò, nec ad res pretiosas, quod tamen vult ipse Cujacius, produci poterit.

Minoris ponderis secundum est argumentum.
1. quod enim res mobiles non omnes aut semper sint loco vilium & abjectarum, manifestissimè & ~~ad~~ oīw. demonstrat l. 22. C. de administr. tutor. 2. Multæ sanè sunt res mobiles, quæ precio immobiles vincunt. 3. Lex opposita non asserit rerum mobilium vilem & contemptibilem conditionem, sed illarum neglectam & omissam custodiam, ut Papinianus loquitur, quamvis eas nemo aliis invaserit, veteris possessionis damnum adferre consueisse. Differentiam itaque tantum tradit possessionis rerum mobilium & immobilem, ut possessio, quæ animi est, certius firmiusque iis inhæreat; mobilium verò possessionem, ob instabilem illarum naturam, difficilius retineamus & facilius amittamus.

Pro affirmativa itaque stabimus: pro qua militat, 1. quod eadem humanitas dissuadeat rerum mobilium venditorem immodicā læsione prægravari debere, cum æquè iniquum sit, ut venditor ex illarum distractione lædatur, & è contrario æquè humanum sit, ut eidem succurratur. Fingamus hominem, cui res angusta domi, ovem vendidisse s. cum tamen vendi potuisset 25. an non huic, qui ovem suam servat tanquam oculum suum, ut loquitur *Glossa in l. 6. § 5. de offic. presid.* iniquissimum arbitris non succurri? Imò nulla, quoad præsens negotiū, diversitatis & differen-

tiæ ratio inter res mobiles & immobiles dari poterit.

2. Imp. Dioclet. & Maximian. *in d. l. 2.* rei mentionem faciunt, cuius appellatione æquè res mobiles ac immobiles veniunt. Hic respondet Cujacius: Imp. rem immobilem intelligere, quia eandem rem postea fundum appellant. Sed confessim regerimus, quemadmodum eo, cum *in l. i. ff. de evict. Ulpianus* generaliter dixisset, sive tota res evincatur, sive ejus pars, emtori regressum adversus venditorem dari, ac deinde fundi sive agri mentionem subjicit, res mobiles non excludit: Ita nec hic res mobiles excludere voluisse Imp. censendi sunt.

THEOREMA V.

An h. l. remedium competit, si rei valorem sciverit venditor, & nihilominus infra dimidium justi precii vendiderit.

Quæstionis præsentis, an illi qui scivit rem majoris valere & minoris vendit, sit subveniendum, negativam propugnantum fundamenta sunt hæc.

1. Licitum est res suas consultò minoris vendere: cum id, quod excedit, donatum videatur, & si quis donationis causa minoris vendat, venditio valet *l. 38. ff. de contrah. emt.*

2. Volenti & consentienti non fit injuria, quare si quis sciens minoris vendit, non poterit de rescind-

dendo contractu quasi sibi injuria facta sit, actionem
instituere.

3. Quod bona fide & consensu contrahentium agitur illud non est rescindendum altero contrahente invito l.3. C. de rescind. vend. Atqui verum prius in contrahente sciente. Ergo & posterius.

His non obstantibus, affirmativam veriorem duco, quæ his gaudet columnis.

1. Quia Impp. generaliter loquuntur, nec distinguunt, utrum venditor sciverit rei valorem, nec ne; Indistinctè itaque intelligendi sunt arg. l. de pretio. ff. de publ. in rem action.

2. Negativâ sententiâ obtinente, beneficium l.2. raro locum haberet, cum unusquisq; etiam enormiter læsus sciat (vel scire possit & debeat) rei suæ premium & valorem. l. quisquis. C. h. t.

3. Licet venditor sciverit verum premium, contingere potuit, ut sæva & vera quadam necessitate coactus minoris venderet coactus sit, cum verum premium emtor ipsi deneget. Humanitas ergo & æquitas hujus legis, venditori succurri, suadent.

Ad argumenta pro negativa adducta, & quidem ad primum respondeo: quod diversa sit ratio venditionis cum enormi læsione factæ, & donationis. Donatio enim fit liberè, & nullo jure cogente: Venditio verò quâ quis rem suam minoris vendit, non nisi necessitate flagitante, cum nemo præsumatur suum justare. Qui autem tali modo minoris vendens, dici potest, voluntariè & spontè donare? Cum liberalitas, molesta necessitate urgente, in nemine præsumatur; ingens enim telum, teste Livio, est necessitas.

Ad

Ad secundum respondeo , quamvis valorem
scienti & nihilominus contrahenti injuria propriè
non fiat, attamen iniquitatem ad æquitatem reducen-
dam esse quin pati debeat idem , nemo puto inficias
ibit. Deinde, quando hac sotica causa urgente, quis
in pretio circumscribitur, non potest dici in læsionem
consentire, & si consentiat, non liber sed coactus ille
consensus *l. 21. ff. quod met. caus.* qui contractum con-
tra rescissionem minimè tuebitur. *tot. tit. ff. quod met.*
caus.

In tertio argumento nego assumptionem: licet
enim coactus consensus etiam consensus sit. *l. 21. ff.*
quod met. caus. non tamen est consensus liber. Eatenus
enim demum pro consensu reputatur, ut contractus
non sit ipso jure nullus , sed postea autoritate judicis
intercedente rescindatur & annihiletur.

THEOREMA VI. An etiam lex nostra in locatione & conductione procedat.

Quod ad contractum locationis conductionis
beneficium hoc porrigatur, communis ferè interpre-
tum est sententia , sequentibus argumentis stabili-
ta.

I. Locatio & conductio iisdem juris regulis
continetur quibus emtio & venditio. *pr. Inst. de locat.*
conduct. l. 2. ff. eodem. ita ut idem de utroque contractu
statuatur. Quemadmodum igitur circumscriptio
in emtione & venditione concessum est à contractu
discedere, vel quod æquo deest precio, nancisci; ita
quoque idem erit in locatione & conductione.

2. Ubiunque premium intervenit, ibi quoq;
locus est l. 2. C. de rescind. vendit. At in locatione con-
ductione premium intervenit. Ergo in eadem reme-
dium l. 2. locum habet. Subsumptionem probant l. 10. ff.
de acquir. vel amitt. possess. ubi merces premium appel-
latur.

3. Ubi eadem est ratio, ibi idem jus statuen-
dum. Atqui eadem d. l. 2. ratio (quæ non vult enormi-
ter alterum lædi, alterumq; hujus dispendio locuple-
tari, l. 206. de R. f.) æquitas quippe, etiam in aliis im-
primis bonæ fidei contractibus locum sortitur. Ergò
& in hoc contractu locum habebit.

Non tamen desunt, quibus negativa magis
arridet: cum quibus & ego ob sequentes rationes fa-
cio.

1. Beneficium d. l. 2. ad eos pertinet contra-
Etus, in quibus non tantum prius fas erat se circumve-
nire, sed etiam quorum circumscriptioni d. l. 2. mo-
dum præfigit, ut scilicet dimidium justi precii non
excedat. At circumventio in emtione & venditione
legibus permissa. l. 10. §. 4. ff. de minor. d. l. 2. duntaxat
expressim limitata & definita. Ergò in aliis contracti-
bus d. l. locum non habebit.

2. Quodcunque contra jus commune rece-
ptum & introductum est, hoc ad consequentiam trahi
non debet. l. quod vero. ff. de legib. l. quod contra ff. de Reg.
jur. Atqui remedium. l. 2. contra jus commune in-
troductum. Ergò ad consequentiam non ducen-
dum. Assumptio suopte jubare fulget: cum jure
communi contrahentibus licitum sit, (absque dolo
tamen & fraude) sine ulla quantitatis determinatione

C

se-

fese circumscribere, d.l. 16. §. 4 ff. de minor. quibus hac f.
2. fines præfiniti, quos excedere nefas est.

Respondeo itaq; ad primum affirmativæ opinio-
nis fundamentum. i. d. Lex 2. ff. de locat. conduct. & d. pr.
2. eod. non intelligenda sunt $\chi\tau\pi\tau\sigma\varsigma$, ut in omnibus
procedant: alioquin nulla Emtionis Venditio-
nis & Locationis Conductionis foret differentia.

2. Quod læsis in emtione succurritur, quoad re-
scissionem contractus, hoc non secundum, sed con-
tra regulam juris communis introductum est. Regula-
enim juris est, quod indefinitè in emtione licitum sit
se circumvenire, ita ut propterea emtionis contractus
non rescindatur, huic vero regulæ οφθαλμοφαρεγως &
apertissimè d.l. 2. contrariatur, vel saltem derogat, &
circumventionem illam de jure communi permis-
sam ad certum modum & mensuram restringit.

Quoad secundum respondeo ad assumptionem.
Distinguendo inter precium quod vel propriè vel ab-
usivè sumitur. Nec enim verè precium est nisi cùm
æquâ facta æstimatione pecunia pro rebus solvitur,
neque precium esse potest, nisi quod sit alicujus rei
precium, inquit Connarus lib. 7. c. 5. num. 2. Est itaque
precium emtionis proprium, sicut merces locationis
conductionis, pr. & §. 2. Inst. de locat. conduct. quamvis
abusivè precium pro mercede sumtum locationi con-
ductioni etiam tribuatur.

Quoad tertium, Regulæ superiori oppono l. 17.
ff. de legibus, & l. quod contra ff. de reg. jur. è diametro
contrariam, quippè quæ contra rationem juris com-
munis recepta & introducta sunt, ad consequentiam
non debeant produci. Quare axioma hoc, ex paritate

ra-

tionis extensionem juris fieri , in jure communio lo-
cum invenit: in singulari vero & exorbitante jure ne-
quaquam. Nec jugulum nostrae intentionis strin-
git , quod dictam l. 2. de venditore in specie conce-
ptam, ad emtorem extendendam esse arbitrati simus:
Nam emtor & venditor sunt correlata , in quibus ex
identitate rationis jus singulare extensionem admit-
tit, ita ut quod in uno correlatorum statutum, ad alte-
rum quoque extendi possit , per textum notabilem *in*
leg. 2 juncta l. fin. Cod. de indict. vid. toll.

THEOREMA VII.

An beneficium hujus legis in venditio-
ne judicis decreto solenni facta
admittatur.

Acerrima inter Dd. controversia agitatur, utrum
emtio venditio ex Decreto Prætoris facta, propter ex-
cessum ultra dimidium rescindi queat? cuius negati-
vam quidam tuentur sequentibus fundamentis.

I. Per textum expressum *in l. 1. C. de præd. decu-*
rion. qui ibi: interpellat, judicem competentem, ita-
enim fiet, ut nec immoderatus venditor, nec emtor
inveniatur injustus, nec erit postmodum quo vendi-
tor, vel circumventum se insidiis, vel oppressum po-
tentia comparatoris queri debeat, quandoquidem
sub fide actorum & de necessitate distrahentis
& de voluntate patuerit comparantis. Qua-
re venditio talis propter enormem læsionem rescindi
non potest.

C 2

2. Judicis autoritas excusat & facit licitum,
quod aliàs est illicitum. *l. si quis quasi ff. ad SC. Silan. l.*
si quis. §. doli. ff. de jurisdict. l. furti. §. qui jussu. ff. de his qua
notant. infam. l. ait prætor. 7. §. 2. vers. quid tamen. ff. de mi-
nor. Justè enim possidet, qui Prætore auctore possi-
det. l. justè. ff. de acquir. poss. Justum igitur & licitum
propter decretum erit, quod aliàs illicitum.

Arius. Pinell. p. 2. c. 2. n. 21. distinctione item diri-
mere cupit : Aut enim prætoris decretum simplici-
ter, & quoad causas alienandi intervenit : ut tunc obti-
neat affirmantium opinio : Aut circa estimatio-
nem rei interponitur decretum : ut tunc potior ne-
gativa videatur.

Verum hisce non obstantibus affirmativam
cum nonnullis aliis sine discrimine & indistinctè
obviis ulnis amplector, idque ob tres sequentes ra-
tiones.

1. Per textum *l. si quos. 16. C. de rescind. vend. item*
l. r. & 2. C. de fid. & jure hastæ. fiscal. Ubi venditiones
sub hastæ factæ, & autoritate judicis confirmatæ, di-
cuntur propter læsionem venditoris nempe debito-
ris enormissimam rescindi. Ne sub nomine subhasta-
tionis publicè locus fraudibus relinquatur.

2. Corroborationis gratia & hæc ratio addu-
citur, quod minor adversus venditionem sit resti-
tuendus & per restitutionem in integrum rescinden-
da veniat venditio, in qua læsus est, *l. si quidem. C. de*
præd. minor. Atqui venditio rerum minorum non pro-
cedit nisi decreto judicis intercedente. *d. l. si quidem.*
& tot. tit. C. de præd. minor. tot. tit. ff. de reb. eor. qui sub tut.
Ergò rescinduntur quoq; ob læsionem venditiones
decreto judicium factæ.

30

3. Pro eadem militat quoque hæc ratio, Ecclesia ultra dimidium læsa in contractu habet actionem, ad illum contractum rescindendum. *c. cuna dilecti. c. cum causa. de emt. vend.* Attamen hoc intelligi oportet solennibus juris adhibitis, alioquin non valeret, *tot. tit. de reb. Eccl. non alienand.* Idem proinde statuendum in aliis contractibus.

Ad primam inficiantum rationem sic respondeo. Verba hæc. *I. I. C. de prædi. decur.* (Denique nihil erit, quo venditor vel circumventum se insidiis vel oppressum potentia comparatoris quæri debeat, &c.) de læsione ultra dimidium non agunt, sed probant, venditorem allegare hoc passu non posse, se vel metu coactum, vel insidiis venditoris circumventum vendidisse. Nec facile, ut præcedentia legis verba innuunt, accidit, ut judicis autoritate intercedente, injustè contrahatur: quod & nos ultrò & spontè fatemur. Hic verò impræsentiarum quæstio est, si & judex & contrahentes circumventi sint, & fortassis per imprudentiam erraverint, ita ut venditor ultrà dimidium deceptus sit, an rescindi contractus possit, & cum judicis autoritas, ut in aprico est, parum vel nihil in hoc profecerit, rescindi posse statuitur, etiam lege, autoritati alias judicis multum tribuente, non refragante.

Ad secundam: in allegatis legibus hoc agitur, quod decretum judicis hoc operetur, ut præsumatur contractus ritè & rectè esse celebratus. Illa tamen præsumtio cedere debet veritati, si læsio enormis evidenter appareat. *I. magis puto: §. pen. ff. de reb. eor.* Quemadmodum itaque jussus & autoritas judicis in gra-

Vioribus delictis non excusat, l. 37. ff. ad L. Aquil. ita nec
hīc rescissionem ob enormissimam lāsionem remo-
rari potest.

Ex hac etenim causa rescinduntur venditiones
quam solennissimē factæ , imò nostra lex requirit,
dumtaxat venditiones ritè & jure perfectas ac subsi-
stentes, non verò jure non valentes, utpote quæ resci-
ssione nulla indigent. Privatio n. presupponit habitum.

THEOREMA IIX.

An juratō contrahenti , vel etiam huic
beneficio renuncianti, hæc lex competat.

Affirmativa opinio communi ferè calculo in ju-
ratō contrahente approbata est, nititurque his funda-
mentis.

1. Illud juramento comprehenditur, de quo tem-
pore contractus & jurisjurandi cogitatum fuit. At
prædicto tempore de enormi vel enormissimā lāsio-
ne non fuit cogitatum: alioquin contractus nunquam
initus fuisset Ergò beneficium hoc, juramento de non
veniendo contra contractum emtionis & venditio-
nis, non continetur.

2. Juramentum , quod non habet comitem æ-
quitatem & justitiam, nullius est efficaciæ. At tale jura-
mentum, quod beneficium l. 2. æquitatis & humanita-
tis plenum emtori & venditori adimit, non habet æ-
quitatem & justitiam comites. Ergò, &c.

Alii beneficium d. l. 2. hoc juramento, nisi specia-
liter & nominatim huic renuntietur , venditori non
adimi asserunt. Sed non possum, quin illis, qui utroq;
modo d. l. 2. remedio lāsum emtorem & venditorem
pri-

privari contendunt, vi sequentium astipuler.

1. Si minor 25. annis, qui judicii imbecillitate laborat, jurans se non retractaturum contractum suū, hoc beneficio privatur, multò magis maiores, judicii dexteritate valentes, si juraverint se non venturos contra illud, quod contractum, ab hoc remedio excludentur. At verum prius. Ergo & posterius.

Prius expressis textibus constat, scilicet *Authentic. Sacra menta puberum.* C. si advers. vendit. Et l. i. C. eod. tit. Qui textus indistinctè volunt, juramenta minorum super contractibus præstata, servanda esse. Ratio, quia juramentum minorem præsumit esse majorem, d. *Authen. Sacra menta puberum.* Ias. ibi n. 55. Et in l. ait. prætor. §. si minor, n. 2. ff. de jure jur. ubi dicit, quod adversus juramentū confirmatoriū actus, præstitū per minorē in cōtractū, si ladatur etiā enormiter, non debeat ipsi concedi restitutio in integrū, neq; absolutio fieri per judicem Ecclesiasticum à tali juramento, Et quod fatui sint judices, qui hoc faciunt.

2. Omne juramentum, quod absq; dispendio & interitu salutis æternæ, servari potest, non solū in foro ecclesiastico, sed etiam in foro seculari, servandū est. c. quamvis de pact. in sext. c. cum contingat. extr. de jurej. Et gloss. ibid. in verb debent, quæ hoc in quibusdam casibus limitat. At tale est jusjurandum, quo quis sponte, nulla vi, dolo aut metu impulsus, juravit se contractui nō contraventurum. Ergo ejusmodi juramentum erit servandum, & hoc pacto consequenter juranti, beneficium. l. 2. C. de rescind. vend. non competit.

Ad prioris opinionis argumenta me verto, acad. primum respondeo: juramentum habere vim specialis. consensus & renuntiationis, item virtutem expressæ.

&

& enixa voluntatis, per text. in l. cum pater. §. filius matrem. ff. de legat. 2. Dd. inc. quamvis. de pac. lib. 6. qui passim tradunt, quod quis jurans, deliberato ad actum accedere presumatur, nec requiratur scientia ejusdem, sed juratum esse sufficere: cum intelligatur jurare, se nolle contra illud, quod ex tali facto resultare potest, venire. text. in l. si duo patroni. §. Julianus & in l. duobus. §. Colonus. ff. de jure iur. Hanc opinionem Bart. in d. Auth. Sacra menta puberum communem, & ab ea in-
judicando non recedendum esse attestatur.

Ad secundum. 1. Aequitas suadet volenti beneficium l. 2. C. de rescind. vend. concedi: quare iniquum foret, invitum eodem privari: sed iniquum non erit, volenti & mediante juramento renuntianti id adimi: cum volenti tantum tribuatur. 2. quilibet, etsi tale pactum etiam juratum non sit, juri pro se introducto efficaciter renuntiare potest. l. pen. C. de pact. Hæc ta-
men non de generali, sed de speciali renunciatione, accipi volumus. Generales etenim strictissime exaudiendæ sunt, cum primis in hac enormi læsione: de qua probabile est, circumscripsum non cogitasse. Un-
de nec refragatur, quod generalis renuntiatio ad omnes species extendatur, & quod generaliter renuncians, sibi debeat imputare, quod specialius non sit locutus.

Quamvis autem non desint, qui de speciali re-
nunciatione quoque ambigant, ajentes, quod eadem
facilitate ad renuntiandum induci queat, quæ ultra di-
midium læditur: hoc tamen mihi vix fit verisimile,
cum enim certioratus specialiter huic remedio re-
nuntiat, qui in læsionis meditationem non incideret?

De-

Deinde, læso Lex succurrit, attamen volenti ut dictū,
nō invito: qui ergo consulto & scienter sibi cōpetenti
beneficio valedicit, jure dehinc restitutionis vel re-
scissionis gratiā judici minimē facesset negotium.

THEOREMA IX.

An in stricti juris judiciis hæc lex at-
tendenda sit.

Arius Pinellus part. I. c. 3. num. 7. Et seqq. affirmati-
vam opinionem ob sequentia argumenta veram esse
contendit.

I. Probatur, inquit, ab identitate rationis: Nam
& in contractibus stricti juris militat æquitas, in qua
hæc lex fundatur. arg. l. in omnibus 57. ff. de obligat. Et
action.

2. Per legem. Si quis cum aliter. 36. vers. idem est.
ff. de V.O. ubi Ulpianus inquit, et si nullus dolus interces-
sit stipulantis, sed ipsa res in se dolum habet, cum enim quis
petat ex ea stipulatione, hoc ipse dolo facit, quod petit. Ve-
rūm his non obstantibus, pro negativa ita concludo.
Si in contractibus stricti juris judex præcisè formulæ
inhærere cogitur, ita ut ne latum unguem ab ea
recedere audeat, legis secundæ reformationem non
admittet. At verum prius. Ergo & posterius.

Prius inde evidenter constat, quod stricti juris
contractus dicantur, non quod bona fide non gau-
deant, sed propter naturam actionum ex contractibus
proficiscentium diversam. In aliis etenim, videlicet
bonæ fidei judiciis, libera judicii permittitur potestas

D æsti-

æstimandi ex æquo & bono, quantum actori restituiri oporteat: in strictis vero astrictus est judex ad formulam à prætore sibi præscriptam, ita ut in illis ex æquo & bono quicquam supplere vel æstimare ei non licet. Cùm & ea, ut *Anton. Fab. error. 8. decad. 1.* loquitur, contractum stricti juris natura & conditio sit, ut nec æquum sit, in iis haberi rationem æquitatis.

Ad fundamentum primum Pinelli paucis respondeo: quod illa ratio ab identitate rationis valde sit lubrica, cum primò in singulari & exorbitante remedio l. 2. tolerari nequeat. Deinde lex 57. ff. de obligat. & action. agit de errore tali, qui etiam contractus stricti juris virtutem, ubi unus illud, alter aliud facit; in nostrâ vero lege talis ventilatur contractus, ubi non ejusmodi error circa corpus, sed dumtaxat circa valorem accidit, qui hunc contractum non potest rescindere.

Secundò add l. 30. Respondeo, quod loquatur de exceptione dolii, non vero de remedio nostræ. l. 2. C. de rescind. vendit. Adeoque tum mentio fit ibidem dolii in re ipsa consistentis, qualis etiam in casu nostræ l. 2. intervenire solet; ex eo manifestum fit læsionem etiam in stipulatione intervenire quidem posse, eodem vero modo eandem corrigi, quo in emtione venditione emendari solet, tantum abest inde probari posse, ut potius contrarium ex ipsis verbis d. l. 30. apparet. Competit enim in stipulatione læso exceptio dolii, quantum demum locum habet, ubi negotium adhuc subsistit in terminis conventionis, quare si læsus rem promissam dedisset, ex d. l. 30. nullum amplius

plius haberet remedium. In nostrâ verò l. 2. Imp. venditori tale suppeditant beneficium, quod demum vires suas consequitur, ubi contractus per traditionem planè consummatus est.

THEOREMA X.

Num lex præfens in transactione
obtineat.

Affirmativæ annos certaminis; num d. legi 2.
C. de rescind. vend. in transactionibus locus sit? Bartoli
lus aliique ejus asseclæ seqq. adhibent argumen-
ta.

1. Dolus ex proposito, & dolus re ipsa, æquipa-
rantur. d.l. si quis cum aliter. 36. ff. de verb. obligat.

At dolo ex proposito interveniente, transactio
rescinditur. l. si super stite. C. de dolo. Ergò & rescindetur
transactio, dolo re ipsa, qui ex lassione ultra dimidium
colligitur, intercedente.

2. Si ob summam æquitatem in l. 2. C. de rescind.
vend. emtio & venditio propter enormem lassionem
rescinditur, ob eandem æquitatis rationem, urgente
enormi lassione, transactio quoque rescindetur. Ra-
tio; 1. quemadmodum humanitas & æquitas ementes
& vendentes non lædi suadent, ita & eadem humani-
tas transigentes enormiter lædi yetat. 2. quia trans-
actio species venditionis dicitur, etiam si super lite fiat,
l. 1. l. litis. ff. pro emto. l. sed & si. §. si lis. ff. de publ. in rem-
act. Ergò.

Licet autem nonnulli controversiam hanc distinctionis fœdere dirimere satagant, negativam nempe sententiam in modica læsione, affirmativam verò in enormissima procedere statuentes: promiscuè tamē & indistinctè negativa, modò requisita transactionis infra posita adsint, præmissis non obstantibus, Baldo (qui Bartoli opinionem trufam &erroneam esse dicit) Donello, Dn. Arumæo, aliisque viris multis, prudentiæ nomine suspiciendis, arridet, quibus & ego obsequentia calculum adjicio.

I. Scævola in l. 78. §. fin. ad Sc. Trebell. ita scribit: *Hæres ejus, qui post mortem suam rogatus erat universam hereditatem restituere, minimam quantitatem, quam solam in bonis fuisse dicebat, his, quibus fideicommissum debebatur, restituit. Postea repertis instrumentis apparuit, quadruplo amplius in hereditate fuisse. Quæsitum est, an in reliquum, fideicommissi nomine, conveniri possit?* Respondit secundum ea, quædronuntur, si non transactum esset, posse. Hic in quadruplum læsus non restituitur, multò minus, qui tantum ultra dimidium læsus, à transactione discedere potest.

2. Transaction comparata est ad finiendas lites text. in l. fratris. C. de transact. ita ut nec prætextu instrumentorum post & noviter repertorum, l. sub prætextu, C. d. tit. nec Imperiali quidem rescripto resuscitari oporteat: l. causas. d. cit. Andr. Facb. hic quidem actutum regerit, læsionem tempore transactionis in adductis legibus, instrumentis deficientibus, non intervenisse, & ideo actorem non probantem succubuisse. Sed quænam hæc sequela erit? transactionis tempore instrumenta probantia non suppetebant: Ergo

im

in d.l. 78. § fin. non revera læsus, nec plus reapse in hæreditate fuit. Contrarium *d.l. 78.* disertis verbis innuit, ut ita non referat, initio de læsione non constisse: cum *in d.l. 2. C. de rescind. vendit.* non venditionis tempore factæ, sed post demum de læsione similiter constiterit.

3. Eadem vis est juramenti & transactionis *l. 2. ff. de jurejur.* At immodica læsio causam juramento finitam non retractat, *t. non erit. §. dato. l. nam postea ff. eod.* Ergò nec transactionem revocabit. Ratio siquidem utrinque eadem, conventio nempe, ut, quanta quanta res sit, de qua juratur & transigitur, transactioni & juramento stetur.

Restat, ut ad superiora respondeatur. In primo nego connexionis rationem. Non enim simpliciter dolo ex proposito æquiparatur dolus ex re, sed eatenus tantum, quatenus quis cognito illo dolo & circumventione nihilominus petit sibi dari, quod promissum est; qui propterea præter propositum in contractu aliquem circumvenit, initio quidem fraude caret, sed ex post facto, patefactâ veritate dolo facit, quod petit. Dolus porro ex proposito veniam non meretur: unde transactionem non tuetur, sed tollit. At *in d.l. 2. de tali dolo non agitur*, sed tantum de illo, qui sic contingit, ut transigentes eum non sentiant, & is qui lucrum ex eo sentit, id non ex dolo, sed ex incuria alterius habeat: quare frivolum est ab illo ad hunc quicquam inferre. Deinde *in l. si superstite. C. de dolo.* circumventio dolosa est, alias enim i. incassum quæreretur, an adversus patrem Amphidrosæ actio doli competet. 2. Amphidrosæ actio doli ob verecun-

D. 3. diam

diam paternam non denegaretur, verum potius dice-
retur, quod pater culpa & dolo vacaret. Instat Fachineus,
bona fide transactionem factam, Ergo non dolo.
Respondeo, bona fide respectu Amphidrosæ, ex parte
vero patris, dolo malo.

Ad secundum respondeo. Dispar omnino est ra-
tio venditionis & transactionis. Ut enim venditor ex
hac lege agat, non sufficit eum minus accepisse, sed re-
quiritur, ut duplo plus dederit, quam acceperit. In
transactione vero qui item remittit propriè nihil dat.

Quod autem dicitur, transactionem esse speciem
venditionis, illud impropriè fit, cum sit negotium
stricti juris, venditio autem bonæ fidei, in illa nulla
certa rei aestimatio, in hac autem maximè attenditur.

Et hæc quidem negativa æquissima est, Dum-
modò requisita transactionis adsint, Videlicet, 1. ut in-
terposita sit super lite dubia & incerta, non ficta & ima-
ginaria. 2. ut celebrata sit dato vel retento aliquo.
3. quod bona fides intervenerit, non dolus verus, sed
dumtaxat re ipsa, hoc est, enormis læsio. Quod autem
Bartolus litis dubium eventum in transactione æsti-
mari putat, expresso textu *l. quemadmodum §. item La-
beo. ff. ad l. Aquil. redarguitur*. Cum illa, quæ dubia,
sunt, æstimationem certam & veram, qualem lex no-
stra requirit, non recipiant.

THEOREMA XI.

Quænam actio ex d.l. 2. C. de rescind. vend. competit.

Variæ in hac quæstione se interpretum opinio-
nes offerunt, sunt enim, qui autumant condicione ex

d

d.l.2. agendum esse. Cum in l. unic. ff. de condic^t. ex lege:
JCtus Paulus ita habeat: si obligatio lege nova introducta
sit, nec cunctum eadem lege, quo genere actionis experia-
mur, ex lege agendum est. At in d.l 2. ne γεν^u quidem ha-
betur, qua actione agendum sit. Ergò condicione ex
lege agendum.

Alii emti venditi actionem adhibendam esse pu-
tant:

1. Quia in bona fidei judiciis ex æquo & bono
etiam non conventa præstanta sunt. §. in bon. fid. Insti-
tut. de act. § fin. Inst. de obliga. quæ ex consensu.

2. Per l. sed Celsus. 6. §. 1. ff. de contrah. emt. ubi ad
rescindendam emtionem & venditionem indulgetur,
actio emti venditi si fundus sub hac lege venditus est,
ut si in diem statutum pecunia soluta non esset, fun-
dus in emptus foret. Sed et si nihil tale convenerit, sed
solum liceat jure emtionem rescindere, arg. l. II. d. adit.
edict. & hoc loco in eam rem actionem venditori ex
vendito competere, argumento est certissimo redhi-
bitio. At hæc redhibitio est rescissio emtionis, & pe-
titur actione ex l. ex emto. de act. emt. Ergò.

3. Quæ ex more præstanta invicem sunt, illa ve-
niunt in actionem ex emto vendito l. quod si nolit. 31. §.
quia assidua 20. ff. de adilit. edict. Ergò multo magis quæ
jure certo præstanta sunt. Nam quod jure præstan-
dum, id etiam more præstandum est.

Sunt deniq; qui arbitrantur, per in integrum re-
stitutionem, læsione enormi interveniente, venditio-
nem rescindi: quibus & ego, præmissis non obstanti-
bus, haut invitus, ob annexas rationes, subscribo.

I. 2.



1. Si contra jus commune rescissio hæc comparata , necessariò intelligenda est restitutio in integrum l. in causa ff. de minor. At verum prius, quia iure communi contrahentibus se in emtionis precio circumvenire licet. Ergò & posterius.

2. Restitutio in integrum ex æquitate comparata est. l. pen. ff. de in integr. restitut. At hæc d. l. 2. rescissio ex humanitate & æquitate, urgente læsione, datur. Ergò. Non enim ex conventione, sed præter illam, concedi æquum est. Unde consequenter, quadriennio beneficium hoc præscribi & extingui, asserendum; Restitutiones enim in integrum & eo nomine competentes actiones rescissoriæ hoc temporis spatio præscribi, sancitum. l. 7. C. de tempor. in integr. restitut. l. 4. C. de his quæ vim metuere caus.

Jam ad aliorum opiniones respondendum , & quidem ad primam , quod condicione ex lege agendum, quoties in nova lege non cautum de certa actione, hic locum non reperiet, non enim ex obligatione aliqua, propter enormem læsionem emtor vel venditor ad restitutionem rei vel precii obligantur, sed sola æquitas & humanitas, quæ evidenter in d. l. 2. C. de rescind. vend. exprimitur, probatæ læsione, rescissionis causa est.

Nec refragatur sententia nostræ altera opinio, quod actio emti competit, quod enim dicitur in §. bon&fidei. Inst. de act. Item §. fin. Inst. de oblig. ex consensu, contrahentes sibi invicem ex æquo & bono, quod iustum est, præstare debere, hoc non ad contractum evertendum & rescindendum, sed implendum & servandum spectat. Quod proinde contractu non contine-

netur ; actione emti præstari jure non postulatur. Jam verò contractui emti non rescissio sed conveni-
ti præstatio inest. Quare ultrò prorumpit con-
clusio, quod actio emti ad rescindendum contractum
non pertineat.

Ad secundum argumentum sufficientem re-
sponsionem suppeditat. l. 6. C. de act. emt. & vend. in
qua Imperatores non obscurè ita rescribunt : *Vendi-
ti actio, si non ab initio aliud convenit, non facile ad rescin-
dendam perfectam venditionem, sed ad pretium exigen-
dum competit.* Nihil etiam obstat , quod redhibitio
animalis morbosí ex ædilitio edicto emti actione ve-
niat, cum nominatim hoc lege cautum sit. Nam si
rescissio actione emti legitimè petatur, requiritur, ut
initiò hoc vel conventum, vel etiam aperto jure cau-
tum sit d. l. 6. C. de act. emt. & vend.

Ad tertium: In contrahendo quod agitur pro
cauto habendum l. 3. ff. de reb. credit. Nam cum con-
trahimus, quædam etsi non sint verbis nominatim
expressa subintelliguntur tamen ex natura ipsius actus
quem agimus vel gerimus, & perinde præstantur ea,
ac si cauta & expressa fuissent. Quod ergò dicitur in
actionem emti id venire quod jure & moribus præ-
stari debet, hoc subaudiendum de iis, quæ ex natura
contractus jure aut moribus præstanda. d l 6. C. de act.
emt. & vend. At restitutio rei venditæ l. nostræ 2. C.
de rescind. vendit. ex natura contractus non debetur,
cum potius contractum dirimat & evertat. Iccirco
actione emti pro saluberrimi l. 2. remedii effectu con-
sequendo non utendum.

E THEO-

THEOREMA XII.

Quomodo læsio ultra dimidium, &
cujus temporis æstimatio pro-
banda.

Imperatores Valentinianus, Theodosius & Ar-
cadius. l. 16. C. de rescind. vend. expressis verbis, ubi ad
æstimationem ventum, indigitant, illam ex rei quali-
tate & fructuum quantitate per testes faciendam. Læ-
sio etenim facti, quod non præsumitur, nisi probetur.
l. 1. C. de probat. Per testes itaque hac de re deponen-
tes probare cogitur is, qui se deceptum conqueritur.
Hisce extra dubitationis aleam positis, multis, qui hæc
de re variant sententias, ambiguum est, quodnam
tempus in præfata æstimatione attingendum. Sunt
enim qui mordicus tenent, judicis officium esse, par-
tes cogere, ut æstimatoribus, qui rem venditam, habitâ
ratione consuetudinis loci, qualitatis rei, & quantita-
tis redditum, ex tempore præsenti, cum læsio judicia-
liter allegatur, æstiment, quibus dissidentibus, inte-
grum esse partibus tertium affissere, cuius judicio &
æstimationi acquiescant.

Hæc opinio aliis non probatur, propterea quod
tempus contractus inspici debeat. l. 8. fin. C. de rescind.
vend. æstimatoribus vero illud impossibile sit. Deinde
quod Glossa innuat, taxationem illam ideo non statim
esse admittendam, quia duo tres vel quatuor ex affe-
ctione opportunitatis, vicinitatis, vel cœli vel quod il-

lic

lic educati sint, &c. pluris aestimant: cum precia rerum communi estimatione, non pro singulari affectu determinari debeant, l. *precia ff. ad L. Falcidiam.* l. *si servum meum ff. ad L. Aquilam.* Verum consultius esse, ut judex ipse, pro rei qualitate & reddituum quantitate, verum valorem indicet.

Salvo diversum sententium iudicio cum D.D. Arumæo & Hunnio, statuo; judici per testes vel estimatores inquirendum, quisnam verus rei aestimatae fuerit tempore contractus initi, & factæ læsionis valor, indeque de læsionis enormitate ex communi estimatione judicium ferendum. d. l. *precia rerum.* & d. l. *si servum meum.* Ob commodum vero & incommodum rei perfectè venditæ postmodum contingens, vendor læsus dici nequit, cum emitorem maneant. §. *Inst. de emt. vend.* Secundum naturam enim est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequentur incommoda. l. 10. ff. *de R. I.*

Huic sententiæ non admodum adversantur supra adductæ opiniones. Nam ex tempore contractus qui negant estimationem fieri posse, sciant, non impossibile esse exinde certum rei premium constituere, imprimis cum non seculum sed tantum quadriennium, ut theoremate præcedenti dictum, huic de rescindenda venditione actioni destinatum exeat, intra quod de enormi læsione quæstio instituenda. Et quamvis Sichardus putet, de præsenti tempore præsumptionem fieri ad præteritum, ita ut qualis res nunc est, talis etiam, contrario non probato, priùs fuisse præsumatur: Attamen tenendum, hoc non proce-

dere, si de precio & valore rerum quæstio, cum rerum
pretia tempore per vices minui & augeri possint. l. 23.
C. de usur. Sed solum, quando de rei qualitate agi-
tur.

Ut demum Glossæ satisfiat, liquido ex d. l. *precia.*
ff. ad l. Falcidiam. superius ostensum, æstimatores non
ex sua affectione, sed ex rei veritate & communi æsti-
matione exquisita precia statuere debere. Et quam-
vis secundum Poetam Ubivis

*Rari quippe boni, numero vix sint totidem, quot
Thebarum portæ vel diritis ostia Nili.*

dubium tamen non est, quin suæ cuique terræ gem-
mulæ, quæ sinistro affectu omni deposito rem rite
æstiment. Sublato itaque τῷ μήλῳ ἐριδό, concludo
prudentiæ judicis convenire, ut peritos venditarum
rerum æstimatores ad minimum duos eligat, qui ci-
tra præjudicium, propriumque commodum ad tem-
pus contractus & factæ læsionis præscripto modo rei
precium reducant.



CO-

COROLLARIA

Ex jure Canonico.

An Pontifici Romano temporalis potestas in omnes Principes, Reges ac Imperatores jure competit. N.

Num jus reformandi religionem ad curam Ecclesiasticam Principis pertineat, ejusdemq; ex arbitrio dependeat. D.

An is qui juris patronatus sequester est, possit vacante Sacerdotio ministrum Ecclesia presentare. A.

Ex jure Feudali.

An investitura recte distribuatur in propriam & in propriam sive abusivā. N.

An fœmina semel à feudi successione exclusa, semper exclusa censeatur. N.

Feudum antiquum commissum, utrum ad Dominum an ad agnatos pertineat. D.

Ex jure Publico.

Utrum subditi collectas à magistratus impositas pro rebus extra territorium &

E 3 ju-

*jurisdictionem magistratus sitis exsolvere
teneantur. N.*

*An imperium Romanum sit Feudum
Pontificis. N.*

*An secundum vulgatam Dd. Theori-
cam Princeps, Comes, Baro & Civitates
Imperii possint in suo territorio, quod Impe-
rator potest in universo. D.*

Ex jure Camerali.

*Præventio an habeat locum in materia
l. diffamari. D.*

*An bona naufragorum, quæ erant in na-
vi, cadant in commissum. N.*

*Utrum Imperator cum Camera in ju-
risdictione concurrat. A.*

F I N I S.

53379



1072

incomitentia qui nō sentit nō co-
lectus quia misericordia nō imputatur in
negligentia dolo. et iera pena z exhortatione
imputacione sic g. ut anima iniuncta corū vē-
dolz ex eo q. p. sensu applicat adigne cū
mis am q. h. t. p. sentit nō imputatur
corde nō realiter s. īcūl. t. s. l. t. s. c. t.
anima separata p. in cl. in applicata adigne
t. p. h. u. e. c. t. a. t. e. t. dolz adūt. t. n.
q. ut dixim⁹ licet mīlēt tam aīe separe
dāpnate q. sp̄e in alio in h. fūgatur
uice mis⁹ q. u. e. p. cruciati abigne p.
imputacione ut uice dīna sc̄am īmītē
nō cū exhortatione q. icellē sit mis⁹ t. q. nō rea-
pīat altīndle hi⁹ s. l. e. q. mis⁹ sufficit
ei q. nūlē recipiāt. q. ilē oritur anima ab
ignorā p. īmītē dīna ī l. l. t. n. o. q. sp̄e
maligīt. s. e. sit dāctus ignis corū īsp̄n
adūt q. paciatur h. pena h. n. cū q. d.
q. portet ignē īsp̄n sc̄am q. potius z de-
us alēm īmītēz ī cūlē t. alēz pe-
nam horde carē īsp̄n maligio h. n. ig-
ne. q. carē cū ignes ītātū g. dictū sit q.
pena t. doloz s. ī nobis dū viuum s. ī
anima separata sit mis⁹ ī maligioz t. eximū
tacōe corū realis. s. m. īmītēlē t. s. l. t. dī
nāt. a. l. e. t. q. u. e. ad īsp̄n t. u. e. ad locē pena
lēm h. d. dātūz q. īferis m. g. dē s. l. e. corū
fīn q. modū īmītē p. c. anima separata/qua
dicat q. corde sc̄am q. modū. t. l. t. r. a. r. h.
p. t. u. q. īfrigidet u. calefacit p. si sic et
tū poss. calefi q. adulūt. sit ignis v. z.
o. o. ab surdū/ē. n. dī g. n. u. o. e. ac. plena
mīlētām dēo. augstīt. ut possūt adaptā
ve uba sua adūtū pp̄sītū q. e. t. e. q. mītē
mītēo. duplētē passione sit ul. duplētē dēb.
p. q. r. b. īcarcerat. t. q. s. īcarcerata
cruciat. s. l. e. n. corū t. mīlētē p. mīlētē
sic sp̄e t. mīlētē p. mīlētē app̄tētē/ t. s. ī. t.
ho corde mīlētē sue libertatē. relictus pos-
se mīlētē īsta loco sic illi p. arbitri
libtate. s. si ponēt īcarcerat. t. a. t. libertatem
p. dīt ut nō nisi cōtō loco possit se mīlētē
sic sp̄e sue nē derelictus p. applicare uir-

ugni amītē t.
q. nō posset ut
corpus dicēt
uid uenisti ai
aīe dāpnate z
tata. cogit vñ
ut adigne īti
suo p. l. l. īgnē
imputacione u. n.
epiat nīfū p.
le ignis sit q. dē
corūs locus oīe
nuat. ut dicat
modus exīdi n.
nam si dē īfīnū
ter aīe/ aīa s. z.
lic u. d. p. mīlētē
plītētē/ vñ aīe
aīaz exīta aīo
tū aīq. corūtē.
fīn's pena/ l. e.
t. aīa n. dē e. q.
aīma n. īmītē
calefat. s. aīq.
ut uice dīna ex
cruciāt. t. aīlētē
augstītē/ s. aī
ad loca corūtē.
dāpnata/ rā. aī
p. t. dē e. īpā
t. aīq. ītētē/ aī
anglī b. t. a. d. q.
corūtē s. h. n. dē e. a.
lo empero. s. q.
p. adīsūt aīe z
optīt. t. s. b. / s. i
mīlētē corū
mīlētē ītētē/ dībus

Tolerāt
q. n. u.
t. p. t. t.
fētētē p. t. t.
t. o. e. m. u. l. e. t.
dāpnato. dītētē

B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

Inches
Centimetres

8
7
6
5
4
3
2
1
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
8

THEORIA INAUGURALIS,

De

SALUBERRIMO L. 2. C. de rescind. vendit.

hoc maximè seculo controverso,
remedio,
nonnulla Theorematum
continens

Quæ

Divino piè implorato subdicio

Auctoritate & Decreto Magnifici JCtorum ordinis in
alma Salana

P R A E S I D E

Celeberrimo & Amplissimo JCto

Dn. D. DOMINICO ARUMÆO

P. P. Facultatis Juridicæ SENIORE, Curiæ Pro-
vincialis ac Scabinatus ADSESSORE, Præceptore,
fautoreque suo effictim
colendo,

*Pro consequendis in utroque jure insignibus & pri-
vilegiis Doctoralibus,*

Publicæ disquisitioni subjicit

MATTHIAS HEIN fundationis Bla-
sianæ Brunsvigæ CANONICUS,
ad diem 20. Augusti.

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,
Anno M DC XXIV.

14

